

20 19  
Q. D. B. V.  
DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA  
DE

# ANTIMONIO

QUAM  
ADSISTENTE DIVINA GRATIA  
CONSENSU FACULTATIS GRATIOSÆ

*PRÆSIDE*

DN. ALEXANDRO  
CAMERARIO

MED. DOCT. THEORIÆ ATQUE PRAXEOS  
PROF. PUBL. ORD.

FACULTATIS SUÆ H. T. DECANO

*DOMINO PROMOTORE PRÆCEPTORE ATQUE PATRONO  
PIE COLENDO*

PRO LICENTIA

CAPESSENDI LEGITIME HONORES IN MEDICINA  
SUPREMOS DOCTORALES

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

AUCTOR

DAVIDES GEIGER, ALTHEM. ULMENSIS

AD D. XXVI. SEPTEMBR. H. LQVE C.

ANN. MDCCXXXV.

---

TUBINGÆ

LITTERIS ROEBELIANIS

21

LIBRARIUS  
D. B.  
ANTONIO  
C. B.  
C. B.





Σ. Θ.



**A**ntimonium, quod *curru triumphali Basili-*  
*us Valentinus* dudum circumvexit, quod  
ab aliis toties jam ventilatum si non ex-  
haustum, certe lippis ac tonforibus no-  
tum est, dum in Disputationem revo-  
co, virgulam utique censoriam mereri videor, & ab  
omnibus explodi vereor. Sed in salvo res, & bona  
mihi causa est. Sciant enim *Lectores Benevoli*, me  
non scripturire auctoritate propria, vel pruritu juve-  
nili me protrudere. *Statuta* potius Academica id  
ipsum exigunt, & Disputationem Inauguralem a  
Candidato Doctoratus Medici postulant. Veneran-  
dus *Parens* autem, elocatae pecuniae rationem, atque  
profectuum medicorum specimen abs me exspe-  
ctans, thematis elaborationem injunxit propriam.

Ecquid igitur ego juvenis, vel praesumptuosus do-  
cere alios, vel fastuosus invenisse quidpiam novatu-  
rienti seculo persuadere, si non potius imponere,  
sustineam? Regularum potius mearum bene gnarus,  
ac tenuitatis conscius, occasionem modo favorabi-  
lem captare decrevi, & hospitio pharmacopoei, Do-

A

ESTIAN

mini Gmelini, ultra triennium exceptus, Ejusdem-  
que benevolentia singulari mactus, thema hoc phar-  
maceutico-chymicum selegi, bona spe fretus, sicuti  
non ægrè fertur, si quando navita de ventis, de tauris  
narrat arator, enumerat miles vulnera, pastor  
oves; Ita me quoque veniam obtenturum, si, quos  
adstans non semel vidi, & manibus admotis promo-  
vi, labores pharmaceuticos recenseam, & ab his op-  
ponendi materiam conflictui litterario academico  
suppeditem. *Deus modo ducat me in veritatem!*

**E**St vero *Antimonium* minera quædam imperfectæ speciei metal-  
licæ, multo sulphure prægravata. Vel, si prolixius describi ve-  
lis, *minerale* metallicum, coloris obscuri plumbei, cum striis per  
massam informem excurrentibus, concoloribus, longiusculis, insi-  
pidum, & inodorum; constans multo *sulphure*, quod solare gratis  
singunt chrysophiili, & *regulo* metallico, fusili quidem, sed nec  
ductili, nec malleabili, imo ductilitati metallorum perfecte talium  
adversissimo, propterea *metallis imperfectis* accenleri, vel *minerale*  
saltim vocari solitum.

Datur tam *nativum* fossile, ignis vim nondum passum, ne-  
que peregrinis adventitiis admixtum, quam *factitium*, suo loco re-  
censendum; utrumque vulgari, quoad usum medicum internum in-  
tegrum, ex ratione non una præferendum. Quorum tamen neutrum  
vel accenserem, vel æquipararem ego illud, quod a *Vesuvio reje-*  
*ctum*, ad radices hujus deprehendit in itinere suo *Connor*, Anglus,  
quippe jam fusionem passum, salibusque remixtum, & vomitori-  
um, testantibus *Actis Erud. Lipsiens.* A. 1694.

Rarior istis omnibus, proin notatu quoque dignior, est illa  
*antimonii minera* elegantissime *crystallisata*, quam in *Eph. Nat.*  
*Cur. Dec. II. A. II. O. CXXXV.* describit *Wurffbainius*, dicens,  
illam vim ignis nondum expertam, saxo, vel terræ nativæ suæ, fir-  
miter adhuc inharere, nec nisi crystallos, quasi totidem trabes,  
spicula & fulgura, minimi digiti longitudinem æquantes, insigni  
splen-



splendore, & rutilantem colorum nitore, jucundo spectaculo præ se ferre. Cui similem allegat Scholiastes B. *Schræckius*, atque analogam adhuc aliam recte citat ex *Misc. Nat. Cur. A. II. O. XXVIII.* Ex quibus tamen simul patere poterit, quid de *antimonio* quorundam *rubro* sentiendum ac pronunciandum sit.

Concretum hoc, uti *metallis* varie, sed raro admodum commode, (excepto forsan illo ejus usu, pro depuratione ac separatione auri a metallis quibuscunque aliis) *associatur*; Ita cum ipsis illis ex metallifodinis passim eruitur, vel in & cum sua minera effossum, ab adjuncto saxo, pyrite, aut fluoribus crystallinis, fusione separatur; ideoque præter *Dioscoridis* chalcædonium, recentioribus modo nordgavium misnico, alias utriusque hungaricum & transylvanicum, paucis, semper unum alteri, præfertur.

*Eliquitur*, vel excoquitur, ex hac sua minera, admodum facile, in vasis clausis, igne ad rutilam modo candefactionem sufficiente, cujus vi ex olla superiore majori in inferiorem, terra defossam, defluit. Propter *sulphur* enim copiosum, quod *partem* fere ponderis *dimidiam* conficit, facile liquatur, & a saxis, quibus innatum est, defluens, per fundum vasis perforatum in aliud subiectum cadit.

*Regulina* antimonii pars metallica hoc habet singulare, quod sulphur, ipsi in antimonio largissime cohærens, promptius tamen & dimittat, & iterum recipiat, quam ullum quidem mixtum metallicum aliud. Unde profecto pendet, tam erocorum proventus adeo multiplex, quam eorundem reductio, atque dicta antimonii regeneratio facilis; nec non ejusdem in ferrum, cuprum, stannum, plumbum, argentum, transmissio facilis.

Servat autem *regulina* hæc antimonii substantia nihilominus adhuc *multum materia sulphurea ignescentis*, unde in ocluso vase, cucurbita cum alembico, si igniatur, ut inhærens ipsi portio inflammabilis, libero ignis motu, non possit exusta diffugere, in *flores* tota *sublimatur*. Quando vero in pulverem tenuem contritus regulus, moderate candescendo, diu ustulatur in æere libero, ut ita sensim exuratur ignescens illa portio, tum tantum abest, ut in *flores* sublimetur, ut potius in cinerem conversus, igne fortiori adhibito, in *vitrum* *colliquefcatur*.

Idem *regulus*, in pulverem contusus, & cum anatica *nitri* portione mixtus, atque crucibulo candenti ingestus, ab hoc *accensus* statim deflagrat, & in *album pulverem* redactus, salinæ portioni interspersus manet. Sin vero massa, dum æstu adhuc est molliuscula, statim exempta contundatur, & *carbonum* pulvere admixto, in crucibulum pristinum, adhuc bene candens, iterum ingeratur, satis promte tota massa *fluat*, & effusa *regulum* exhibebit *pristinum*, in integrum quasi restitutum.

Quemadmodum *antimonium* ab *aqua regia* solvi solet totum, & ab hoc phænomeno *sulphur* ejus *solare* creditum, vel proxima hujus cum auro convenientia, vulgo non tam adstruitur, quam fingitur; Ita similiter *idem* antimonium, repetita *cum nitro* colliquatione, & cum aqua coctione, etiam tota sua substantia resolvitur, atque cum illo nitro in aqua penitus *colliquefit*.

Quod de mercurio, ex metallis ac mineralibus adeo copiose & facile obtinendo, gloriatus olim fuit in *Eph. Nat. Cur. Dec. II. A. VII. O. CLXXVII. Clauderus*, non modo non probavit atque demonstravit Ipse, nudo saltim aliorum asserto innixus; verum etiam de *antimonii mercurio* sibi, *Stahl* quoque, persuadere falso annisus fuit ille chymicus, qui, clystum antimoniale tartareum, ex nitro, tartaro & antimonio paraturus, inter flores istos fuscus, insigni copia collum & alembicum occupantes, *mercurii* quoque *vivi* atque vividi *libram semis* deprehendit, mirabundus quidem pro vero antimonii mercurio istum vendicans, sed meliõra postmodum eductus, cum, ex butyri atque cinnabaris antimonii coquina communi superstes istud suum antimonium venisse, perpenderet.

Occasione hujus liceat, ex B. *Stahli* tr. de *Sulphure*, commendare memorabilem *solutionum* atque *precipitationum metallicarum* seriem successivam:

Si *cinnabaris* partes tres, cum parte una *reguli* antimonialis, urgeantur per retortam, prodit *mercurius vivus*; Sulphur autem cum regulo dat *antimonium regeneratum*, de quo supra.

*Hujus* partibus tribus, additæ *argenti* partes duæ, & in crucibulo tecto fuzæ, dant *regulum* antimoniale; (cui tamen *argenti*

*parvam*

*parum inest) argentum vero cum sulphure in scoriis desuper.*

Hiscæ scoriis argenteis, additum *plumbi* tantundem, & simili modo fusum, dat *argentum*, cum exigua *plumbi* portione, in fundo; scoriam vero *plumbi* desuper.

Hæc scoria *plumbea*, si fundatur cum subduplo *cupri*, cadit ad fundum *plumbum*, & comparet desuper scoria sulphureo *cuprea*.

Ad hujus *cuprea* scorix partes duas, *ferri*, atque *reguli* antimonialis, ana pars una, si misceantur, fundanturque, dabunt *cuprum* regulo permixtum, & scoriam *ferream* desuper.

Quam, si separare tandem, atque singula seorsim sistere desideres, *aquam fortem* pulverisatâ saltim affundas. Ita solvetur *antimonium*, & in fundo manebit *sulphur* intactum, fusco nigrum quidem, facise tamen sublimandum, atque tum colore & floribus consuetis compariturum.

Ad *usum* vero multiplicem *antimonii* transitum ita sensim parans, considerabo illud primo in respectu *ad metalla*. Effectus autem, quem cum his, aut earundem mineris, concurrens antimonium, vel etiam regulina saltim ejus substantia, post prægressam ustionem, edit, est insignis eorum *fusilitas*, sed etiam simul admodum incommoda *volatilitas* magna, atque nascens inde metalli *deprædario*. Solum *auram* est, quod ab ipso utilitatem expectat, atque per antimonium *a metallis* aliis *separatur*, fundendo illud cum insigni ejus quantitate, sic ut ad partem unam auri, juxta methodum communem, sex vel octo partes antimonii velint adhiberi. Revera tamen antimonii quantitate tanta non est opus, sed sufficiunt duæ, tres, aut ad summum quatuor ejus partes. Ita subsidet aurum quidem in regulum, metallum vero quodcumque aliud, cum antimonio, supernatat. Auro tamen *reguli* paucillum se associat, quod loco pauci illius metalli, ab antimonio corrosi, ex hoc secessit, atque adeo aurum inquinat, ut non modo *pallidum*, sed etiam intractabile & *fragile* evaderet, nisi ab illo liberari facile posset.

Quemadmodum de antimonialis tam *reguli*, quam *sulphuris*

*phuris indole, vel aurea, vel arsenicali, vel mercuriali, vel plumbea, ac salina insuper, tam fixa quam volatili, tam acida, quam alcalina, dudum egerunt prolixè, si non ad nauseam, Chymici, atque adeo ista omnia demum vel exponendi, vel componendi, otium fecerunt mihi, ut potius de talibus forsàn adhuc sollicitos compendii loco ablegare liceat ad Regnum minerale Kœnigii, atque Mensem Decembrem Stablii; Ita super istis tamen litibus fundatur tota, de antimonii, & ex antimonio præparatorum, usu medico interno, vel tuto ac securo, vel suspecto ac deleterio, tantis animorum motibus olim eo usque agitata controversia, ut librorum frontispiciis inscripta habeamus sequentia: "Est in quibusdam tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur.", "Est in quibusdam tanta perversitas, ut consentis medicamentis veneno utantur.", "Perversitas est tanta quorundam, ut velint Frugibus repertis glande vescier tamen. Sed major est perversitas, salubribus Tot bene repertis malle virus sibi.",*

Omnia tamen ista adeo non potuerunt impedire omnium fere tam temporum, quam sectarum, Medicos, quo minus in usum traxerint antimonium, ut visi potius fuerint tanto avidius in illud involasse, atque tam integri, quam inde præparatorum omnis generis, usum tanto magis multiplicasse, cujus proinde formulis, processibus, atque encheiresibus recensendis jam nunc me accingam.

Agmen ducat *antimonium crudum*, integrum, in substantia varie dari solitum. Ita stare primo loco poterit ejus in pectam ligati suspensio, vel largior & aperta admixtio, in decoctis aquosis variis; quo modo, num aquæ atomos, & cum hisce vires, aliquas concedat, vel non, videtis sibi met contradicentes *Lemery* in tr. de *Antim.* atque *Bohni* in suarum *Disput. Chym. Phys.* quinta.

Accedant *morsuli*, sub & a quorum usu *Kunckelius*, juxta Cap. XX&II. sui *Laborar. Chym.* ita fuit impinguatus, ut molestiam ipsi tandem excitaverit aqualiculus. Ita vero paravit istos:

℞. amygd.

℞. amygd. dulc. decort. ℥j.  
 pistac. decort.  
 pinear. mundat.  
 carn. citri cond.  
 cort. citri cond.  
 specier. imperat. aa. ℥ij.  
 antimon. hungar. crud. opt. ten. pulv. ℥vi.  
 sacch. canar. aq. cinam cyd. sol. ℥iv.

Morsuli an-  
timoniales.

M. F. l. a. Morsuli no. XII.

Hiscæ morsulis, per aliquot tempus quotidie propinatis, cura-  
 vit *Kunckelius* contracturam, & acerbissimos articulorum dolores,  
 huncque effectum tribuit particulis sulphureis, quæ aperiant, &  
 in minutissimis vasculis stagnantem viscositatem resolvant, acidum  
 absorbeant, & massam sanguineam mundificent.

His ad latus poni merentur *pilule antifebriles*, quas in *Eph.*  
*Nat. Cur. Cent. VI. O. XL.* communicavit *Ger. Arn. de Vinquedes.*

℞. antimon. crudi ℥ss.  
 cort. ch. chin. ℥iij.

Pilule anti-  
febriles.

pulverifentur singula seorsim, & ex mixtis, cum syrupo cardui  
 benedicti, fiant pilule, (vel pilæ potius, aut globuli,) quarum  
 quinis, ℥ij. pondere æquantibus, sumto prius vomitorio, per no-  
 vem dies mane ac vesperi sumtis, atque vini burgundici ℥viij. su-  
 perpotis, febres omnis generis, maxime rebelles, atque pertina-  
 ces, certo certius abigi, atque feliciter curari, asseverat.

Non absimilis conditionis est *pulvis ille bezoardicus* evaporatus,  
 quem pauperibus commendat *Carolus, in seiner Armen Apotheck*, *Pulvis Be-*  
 & pretiosissimis, etiam gemmatis, parum, vel nihil, viribus ce-  
 zoardicus.  
 dere contendit:

℞. Cinnab. nativ. (cur vero non factitia?)  
 Lumbric. terrestr. ppt. aa. ℥j.  
 antimon. crudi ℥ij.  
 conchar. ppt. ℥ss.

M. D.

B

Nomi-

Lapis Bezoar mineralis. Nomine autem, si vel maxime non antimonio integro, aut viribus, (quas tamen ego necdum exploravi, suo forsitan tempore tentandas) convenit ille *Lapis Bezoar mineralis Grimmii*, quem inter alia experimenta *Eph. Nat. Cur. Decur. II. A. VII. O. CCXXIII.* seq. in modum parare docet: “Sulphuri antimonii, cum sale tartari, vel alio alcali extracto, & siccato, si nitri spiritus infundatur tam diu, donec non ebulliat amplius, posteaque exciccetur, abit in lapidem, qui in omnes formas fundi potest pro lubitu, lapidem bezoar orientalem exacte representans, eadem pulverisatus quoque tam similis, ut non immerito lapis bezoar mineralis vocari possit.”

Pulvis purgans. Et quid obstat, quo minus subjungamus *pulverem purgantem, Bontekoe* olim familiarem, quem parare solitus ille fuerat ex antimonio crudo, tartaro & scammonio.

Nunc ad alia ex antimonio parari solita, vel nullo, vel arbitrario saltem ordine proponenda. Esto primo antimonii acetum.

Acetum antimonii. ℞. Antimonii crudi striati q. v.  
redigatur in subtilissimum alcohol, exponatur in patina plana, mensibus Junio & Julio, aëri libero, horis vespertinis, ut nocturnum rorem possit recipere, de die vero optime occludatur, & in loco frigido reponatur, continuando per dies octo. Hæc materia imprægnata lenta digestionis committatur balneo maria, sic essentiam præbebit subtilissimam. In Alchymia valde commendatur hoc acetum, quoniam sine ulla perturbatione animas metallorum & mineralium extrahit. Valet etiam adversus morbos fixiores, v. gr. epilepsiam, paralysem, podagram.

Acetum antimonii compositum. ℞. Antimon. crudum nitri optimi sulphuris commun. aa. q. v.

Redigantur singula seorsim in pulverem, qui cribretur, & misceatur, tum fit in ignem imposta *retorta tubulata*, applicato recipiente amplo vitreo, cum pauxillo aquæ congruæ. Sit autem junctura recipientis cum retorta leviter tantum clausa. Tum in retortam

tortam ignitam *ingeratur* cochlear prædicti pulveris, statimque claudatur tubulus operculo. Sic in momento materia *incendetur*, propellenturque cum impetu nubes in recipiens. Cessante vapore *ingeratur* novum cochlear ejusdem materiæ, continueturque operatio, donec omnis materia ingesta sit. Sic tandem in retorta, aquæ prius insipidæ admixtus, reperietur *liquor acidissimus*, qui, recipiente moto, & hinc inde eloto, auferatur, & filtratus usui servetur.

Salutare habetur in *febris* plerisque biliosis & ardentibus, siquidem sal acre bilis, sulphurque indomitum, figit ac coërcet, præterea *appetitum*, ob lympham gastricam viscosiorem, aut oleoso magmate coinquinatam, torpidum *excitare* valet, nec minus mucilagines viscidas tartareasve alias viscera oppilantes incidit & attenuat, in *obstructionibus* hypochondriacis referendis ea propter utilissimus. Dosis sunt aliquot *guttae*, in convenienti liquore, vel Julepo.

Brevissima vero via *clyssum antimonii* parandi est, si antimonii pulverisati duæ partes, una vero olei vitrioli, invicem digerantur, posteaque destillentur, dant *clyssum*, simulque sulphur Clyssus Sulphur & antimonii. *piofum inflammabile*, in flores facile sublimandum.

Potest autem ex antimonio sulphur verum, inflammabile, juxta cum floribus fixis, obtineri etiam illo modo, quem L'emery in suo cursu chymico, & Tachenius in Hippocr. chym. communicarunt, quamvis labor hic magis ad præcipitationes, quam ad sublimationes pertineat:

℞. antimonii partem unam,  
aquæ regię, ex sale coramuni

Aliud Antimonii sulphur.

& aqua forti parata, part. IV. vel VI.  
solv. in cucurbita igne arenæ, sic oritur ebullitio, & liquor impetratur lacteus, quando autem nullæ antimonii miculæ amplius apparent, & solum adhuc calet, aqua multa affusa præcipitabitur sulphur in globis & granis, & impetrabitur insuper magisterium album.

album, sive antimonium diaphoreticum sine igne, quibusdam cerassa antimonii, vel magisterium antimonii diaphoretici dictum. Bina hæc remedia sunt diaphoretica.

Flores anti-  
monii.

Flores antimonii parantur modo potissimum duplici. Vel enim primo *cucurbita* terrea *tubulata* furno ita adaptatur, ut carbonum ignis illam attingere possit, superimpositis tribus, vel quatuor, *sublimatoriis*, quorum supremum exiguo foramine tubulum de se exporrigat; tunc vero, ubi *cucurbita* moderate calefacta fuerit, injicitur paulatim, per tubulum ejusdem lateralem, antimonii pulverisati tantillum, & subministrato convenienti ignis moderamine, flores sublimantur egregii. Vel secundo accipiuntur olla aliquot, scilicet tres, vel quatuor, quæ, in fundo amplo foramine excavatæ, sibi invicem committuntur, & furno anemio carbones ignitos continenti decenter adaptantur, tuncque repetitis vicibus per supremum ollæ foramen antimonium pulverisatum injicitur, & mox in altum elevabuntur flores, lateribus ollarum adhæsuri.

Ceterum usus florum antimonii vulgatorum internus non satis tutus videtur, propter atrocitatem, quam sulphur antimonii, hic liberum existens, exserere solet in purgatione nimia *ava non nullo* producta, ut adeo non nisi summe robustis ad gr. ij. vel iij. in conserva rosarum exhiberi debeant. Quare correctioe opus habent, quam describit Joh. Schræderus Pharmacop. Medic. Chymic. L. III. Cap. XVII.

Flores antimonii rubri sic parabis :

℞. Antimonii crudi  
salis ammoniac. aa. ℥iv.

Flores anti-  
monii ru-  
bri.

Terantur seorsim singula, cribrentur & misceantur, fiatque mixti hujus *sublimatio* ex *cucurbita* terrea in igne aperto, applicato *capitello vitreo*, quamdiu aliquid ascendet in capitellum. *Removeantur* flores ex capitello refrigerato aqua pura, effundantur in ollulam puram, atque aqua pura aliquoties *edulcorentur*, ut scilicet auferatur sal ammoniacum, aquæ omnes rubræ filtrentur per chartam, ut & ipsi flores; sic in filtro relinquetur massa rubra, quæ lente *exsiccare* debet in *pulverem* rubicundissimum, qui insipidus est, & constituit flores antimonii rubros.

℞.



*Vires* ex parte sunt *diaphoretica*; nam in totum *inflammabiles* sunt, sulphure antimonii constantes: partim quoque *vomitum* & *secessum* movent. Conducunt gravissimis morbis, mania, melancholia, aliisque capitis affectibus; *Dosi* gr. iij.

Ex prædicto sublimato, vel floribus, per solutionem & co-Tinctura  
ctionem in aqua pluvia, atque præcipitationem subsequam cum aceto antimonii  
destillato, paratur Tinctura antimonii sicca Grammani, cujus sicca.  
tria grana purgant. Si vero hoc sulphur oleo quodam æthereo dissol-Balsamum  
viatur, paratur balsamum antimonii. antimonii.

Porro recipe de his floribus q. v. eisque affunde menstruum Quinta  
ex vini & urinae spirit. dephlegmat. ana compositum, stent si- Essentia  
mul in digestionem, quousque flores in menstruo prædicto sint so- antim.  
luti. Instituatur *destillatio* ex retorta, leni primo igne, sic enim  
transibit vini spiritus, postmodum augeatur ignis, & subsequetur  
*quinta essentia* antimonii, sub forma olei rubicundi, fragrantis odoris.

Demum rec. florum antimonii rubrorum ℥j. nitri puriss. ℥ij.  
miscantur exacte, & in crucibulo ignito instituatur *detonatio*, ma- Sulphur An-  
teriam successive ingerendo; sic tandem habebitur & relinquetur timonii fi-  
*massa alba*, quæ, mollis adhuc, auferenda ex crucibulo, & restri- xum. s. Dia-  
gerata aliquoties *edulcoranda* aqua pura. Tum siccet in pulve- phoreticum  
rem, qui servetur usui. *Vires*: Est insigne diaphoreticum, & speci- Helmont.  
ficum in febribus, tam continuis, quam intermittentibus, tam  
acutis, quam chronicis, Helmontio imprimis celebratum.

Jam ad *Cinnabarim*, & quod cum ipsa simul conficitur, *Butyrum Antimonii*.

℞. Antim. nitid. splend. vel ejusdem mineræ ℥i.

mercurii sublimati corrosivi ℥ij.

*rita* in pulverem, *miscantur* in mortario lapideo, & indan-  
tur *retorta* vitrea, collo ampliori prædita, tunc per aliquot dies  
in *cella* humida relinquantur, fiatque ex arena, aut igne aperto, *de-*  
*stillatio*, igne primo *leni*, donec butyrum ascendere incipiat, dein Cinnabaris  
*auso*, procedit oleum in frigido concrefcens, quod carbone can- & Butyrum  
dente circa collum retortæ admoto, in recipiens propelli debet. Antimonii.  
Eodem autem exstillare cessante, *removeatur* excipulum, vitrum-  
que

Rectificatio  
cinnabar.  
antimonii.

que aliud collo retortæ arctissime applicetur, ignisque paulatim *intendatur*, ut aliquid de cinnabarina substantia in *collum retortæ* etiam *sublimetur*. Finita hac destillatione sublimata cinnabaris *eximatur*, & procedatur porro, miscendo cinnabarim cum *pulvere nigro*, collo retortæ qui adhæret, ut adhuc semel prædicto modo sublimetur per se in vitro puro, donec plane sanguinei coloris evadat. *Vires*: Cinnabaris antimonii medicamentum existit interne longe nobilissimum, absorbens, resolvens, paregoricum, antispasmodicum, nervoso generi amicissimum, eoque nomine in epilepsia, vertigine, tussi, asthma, doloribus arthriticis vagis, scorbuticis, & affectibus uterinis, apprime laudabile. *Dosis* a gr. ij. ad gr. xv.

Chaos  
mercurii.

*Soluta* hæc cinnabaris in *spiritu salis* communis, demumque destillata ex retorta, ad siccitatem, præbet pulverem albissimum, qui *chaos mercurii* vocatur.

Ex eadem hac cinnabari antimonii *panaceam* ejus parare docent seq. in modum:

Panacea  
cinnabar.  
antimon.

℞. Cinnabaris antimonii q. v.

conteratur in *pulverem* tenuem, eique affundatur *aqua pluvialis*, ad eminentiam trium digitorum transverforum, coquatur in fistili vitreato. Ita enim ascendet in aquæ superficiem cremor, aut quasi *flos tenuis*, quem caute cum cochleari argenteo auferre, & exsiccare, postmodum affundere sufficientem quantitatem *alcohol vini*, & hoc desuper accendere poteris.

*Vires*: exhibetur hæc panacea tanquam specificum in epilepsia, cum rasura ungarum ascis, & cranii humani. *Dosis* a gr. iv. ad x.

Eandem panaceam *Anwaldus* ita parare solitus fuit:

Alia præparatio  
ejusdem  
panaceæ.

℞. Cinnabaris antimonii rectificatæ quantum velis,

hanc contere in alcohol, eique affunde *oleum vitrioli*, ad eminentiam digiti unius; spatula lignea beye incorporatum evapora, in igne aperto, ex retorta loricata. *De novo* eandem quantitatem olei vitrioli affunde, & evapora ut prius; Et hanc operationem *tertia vice* repete. Hoc peracto, affunde *alcohol vini*, ad eminentiam digitorum trium transverforum, stent in digestionem per horas

ras

ras xij. Postmodum per destillationem *alcohol vini* ad siccitatem aufer, & parata erit panacea. Dosis a gr. ij. usque ad gr. x.

*Vires*: exhibetur specificè in epilepsia; insuper in morbo gallico; in hydrope; in scorbuto inveterato. Medicamentum est potissimum obstructiones corporis humani tollens, ac proinde in morbis chronicis summo agrorum fructu exhiberi potest.

*Butyrum vero Antimonii* seorsim etiam hoc modo poterit confici:

℞. Salis communis decrepit:

Antimon. friatū aa ℥j.

Vitrioli ad albedin. calcin. ℥iv.

aliud anti-  
monii Buty-  
rum.

conterantur & exacte inter se *miscantur*, dein tantisper aqua *lumeſcentur*, & ita per aliquot dies relinquantur, ut *salia acida solvantur*, & antimonium rodendo aggrediantur, cum, juxta chymicorum canonem, salia magis & melius agant soluta, postea injiciantur *retortæ vitreæ*, collo ampliori præditæ, ac demum igni arenæ destillatorio committantur, apposito excipulo idoneo; ita egredietur liquor viscosus ac gravis, qui *glaciæ* instar *collo* retortæ extra fornacem prominenti adhæret, admota autem pruna candente instar *butyri liqueſcit*, & in excipulum delabitur. Apparet vero, *Butyrum* hoc antimonii, ut prius in præparatione cinnabaris acquisitum, esse substantiam antimonii regulinam, a particulis salinis acidis corrosam, ac demum ab igne colliquatam, adeoque pro antimonii sobole habendam.

*Vires*: *Butyrum* hoc *causticum* est insigne: metalla dissolvit, excrescentias carnis absumit, ulcerum erodentium malignitatem corrigit; sedulam vero requirens manum. Cum plumaceolo pars affecta leniter inungitur, vel ulcus serpens circumducitur, ne ulterius serpere possit. Rarioris usus est per se, interni nunquam.

℞. butyri antimonii q. v.

imponatur *retortæ vitreæ*, & per gradus destilletur, donec omne *butyrum candidum* & clarum ascenderit.

Ex hoc butyro antimonii paratur *Bezoardicum minerale* sequi in modum:

℞. butyri

Rectificatio  
Butyri anti-  
monii.

℞. butyri antimon. rectific. ℥iv.

Bezoardi-  
cum mine-  
rale

infunde cucurbitæ sub camino collocatæ, & instilla guttatim spiri-  
tus nitri ℥viii. Observabis tunc *effervescentiam* insignem suboriri,  
& *fumos* rubentes ac quasi igneos asurgere, a quibus tibi *caveas*  
velim. Jam vero ubi spiritum nitri omnem *successus vis vicibus* instil-  
laveris, & fumi cessaverint, impone cucurbitam arenæ, applica-  
to l. a. *alembico* rostrato, juncturisque bene clausis, affusum *humidum*  
omne rursus evoca, & *abstrabe* in excipulum; deinde igne *ex-*  
*tincto*, ac vasis refrigeratis, liquorem semel abstractum denuo ma-  
teriæ in cucurbita remanenti, ex flavo albicanti, siccæ, *affunde*, &  
ita *bis* vel *ter cohoba*, additis semper ℥ij recentis *Spiritus nitri*, ac  
adhibito ultimo *igne intensiori*. His peractis *materiam siccam* in  
cucurbita relictam *exime*, & tritam novæ cucurbitæ inde, post  
*spiritum* rectificatum *vini*, ad eminentiam duorum aut trium di-  
gitorum, superaffunde, hincque abstrahæ, tandem superstitem ma-  
teriam in *crucibulo* supra carbones colloca, ut aliquantisper *igne-*  
*scat*, mox cum *aqua* destillata pluviali *edulcora*, ac demum exsic-  
ca, sic paratum habebis bezoardicum minerale.

*Vires*: Dicitur Helmontio remedium magnorum mor-  
horum, insigne diaphoreticum, unde etiam in peste, febribus ma-  
lignis, lue venerea, singulisque aliis morbis per sudorem curabili-  
bus, prodest. Dosis a gr. iij. ad scrupulum unum.

Aliud com-  
pendiosius. Ad hæc autem notari meretur, bezoardicum hoc minerale etiam  
*via sicca* parari posse, si mercurius vitæ, probe siccatus, cum triplo  
nitri, *detonationi* & *calcinationi* subjiçatur, ut moleculæ mer-  
curiales noxiæ abigantur.

Paratur autem, ex eodem illo antimonii butyro, etiam *mer-*  
*curius vitæ*, aliis quandoque mercurius *mortis factus*, seq. modo:

Mercurius  
vitæ.

℞. butyri antimonii q. p.  
*effundatur* hoc sensim in vitrum *aqua* pura repletum, & statim *pre-*  
*cipitabitur* materia alba ad fundum vitri, reponatur vitrum ad quie-  
tem, per horam dimidiam, vel donec *aqua facta* sit limpida; tum  
*aquam* limpida decanta, eamque una cum sequentibus serva.  
*Materiam* vero relictam aliquoties nova *aqua* pura *edulcora*, &  
tum

tum sicca in pulverem album, qui est ipse mercurius vitæ dictus, ex antimonii regulo constans, brevi redigendus *fusione* in vitrum pel-  
lucidum, quod vulgo *succinum antimonii* dicitur. Succinum  
Antimonii.

Hæc aqua, ad mercurii vitæ præparationem adhibita, si per retortam a phlegmate abstrahatur, dat *spiritum* ita dictum *vitrioli*  
*philosophicum*. Vitrioli Spi-  
ritus philo-  
sophicus.

Nunc ad *Hepar Antimonii*, cujus hic est processus:

℞. Antimon. crud. optim. pulv.

Nitri optim. pulv. aa ℥j.

Misceantur exacte, & *detonentur* in mortario ferreo. Sic tota  
massa abit in unam glebam pruneam, similem parenchymati hepa-  
tis animalium; quod nomen a chymicis, ob similitudinem istam,  
reperavit. Antimonii  
Hepar.

*Ufus*: Adhibetur pro universali sanguinis depuratorio, &  
equorum panacea.

Ex hoc Hepate jam facile est, parare *Crocum Antimonii*.

℞. Hepatis antimonii q. v.

subtilissime pulverisa, cribra, & affusa aqua puræ quantitate suffi-  
ciente, in olla munda *coque*, hanc *decanta*, & *affunde* novam aquam  
puram, reponere iterum ad quietem, donec aqua fiat limpida; tum  
iterum decanta aquam, iterumque *bis* aut *ter* novam affunde, tunc  
per chartam *filtra*, & relinquetur in ea materia rubra, quæ exsicca-  
ta abit in *pulverem rubicundum*, qui vocatur *crocus* metallorum. Antimonii  
Crocus

*Vires*: Est insigne *purgans* biliosorum humorum, tam per  
*vomitum*, quam per *secessum*. Præferendum veterum adeo decan-  
tante helleboro, quem olim Insula Anticyra proferebat.

Digestus, & *coctus*, cum aqua quadam ophthalmica, ut re-  
medium in principio catarrhæ laudatur, *Aquam Ephesinam* *Vedelii*  
adaquans.

Tutissimum est *Oxyfaccharum emeticum*, quod conficitur ex  
croci metallorum ℥ij. per triduum infundendo in *aceti* commu-  
nis ℥x. in loco calido, sæpius liquorem affusum agitando, *filtran-*  
*do*, ana *sacchari* addendo, demum *essentie papaveris erratici* ℥j.  
tingendo. Sic paratum est medicamentum, cujus guttæ ij. in-  
fanti trimestri, adultis autem ℥ij. vel ij. exhiberi poterunt. Oxyfaccha-  
rum emeti-  
cum.

C

Cetero-

Aqua benedicti Rulandi.

Ceterum celebratissima est *Aqua Benedicta Rulandi*, quæ conficitur ex croci metallorum ℥j. vini, vel aquæ cardui benedicti ℥ij. infundendo, mixta in vitro clauso, lento calore, per duos vel tres dies digerendo, postea colaturam usui servando, ejus ℥ss. vel ℥j. pro dosi porrigi solet.

De reliquo, cum crocus metallorum *Tartaro Emetico* conficiendo etiam inserviat, hujus descriptionem nunc adjicimus.

Tartarus emeticus

℞. Croci metallorum, crystallorum tartari aa. uncias tres; redigantur in pulverem, dein exacte in olla misceantur, mixtis affunde *aque fontanae puræ* mensur. unam, cum dimidia, post eoque *coque*, donec crystalli tartari exacte soluti, aqua subrubra in superficie *cuticulam* stellulis nitentem exhibeat; hac conspecta solutionem adhuc *calentem filtra*, sic in fundo & lateribus *crystalli* concresecnt, tartarum emeticum constituentes. Ab illis igitur prima vice concretis *liquorem* decanta, ac cum *remanentia* in filtro hærente *commisce*, tuncque coctionem & filtrationem *reperere*, usque dum omnes crystallos ex voto collegeris.

*Vires* prolixè recenset *Aadrianus a Mynsicht*, *Armament. med. chym. f. i.* purgat per superiora & inferiora, præcipue humores biliosos; dosis a gr. j. ad gr. iv.

Frequentioris autem & largioris usus est *Antimonium diaphoreticum*, ad quod proin conficiendum jam nunc pergemus.

℞. Antimonii striati pulverisat. p. j.

Nitri contus. p. iij.

Antimonium diaphoreticum.

miscæ, immitte spatula in crucibulum ignitum *successive*, sic orietur strepitus, sulphuris incendium, & *detonatio*. Ignis hic non debet esse fusorius, *sed* calcinatorius. *Fortiori* enim igne adhibito, antimonium mutatur in *scorias regulinas*, & ita pro diaphoretico emeticum paratur. Finito incendio, *massa*, quæ instar *pultis* esse debet, *injicitur* successive in vas quoddam terreum, *aqua* tepida repletum, ita *nitrum* dissolvitur, & *calx* in pulverem subtilissimum resolvitur. Hæc calx porro aqua *edulcoratur*, & mediante agitatione (*durchs schlemmen*) a partibus crassioribus *separatur*, tandemque siccatur.

*Vires:*

*Vires* : Est blandissimum aliquod alcali, quod acidus humores mire absorbet, eorumque acrimoniam temperat & leniter præcipitat. Hinc multorum & magnorum morborum est remedium : reddit humores fluidos, & a se invicem separat coagulatos, eos volatilisat, atque, ut per poros expelli possint, aptos reddit, unde vulgo dicitur diaphoreticum, lithontripticum, febrifugum, & feliciter dissolvit sanguinem coagulatum, atque sic mumia & spermatis ceti vicem supplet. *Acuatum alcali fixo* plantarum, & stimulat *scammonio*, fit specificum in quartana, in obstructionibus diuturnis, cujus exemplum habemus in illo celebri pulvere *Comitis de Warwick*. Dosis antimonii diaphor. a scrupul. dimid. ad integrum.

*Aqua* decantata, nitro imprægnata, evaporata ad cuticulam, suppeditat *Nitrum Antimoniatum*. Nitrum antimoniatum.

Si vero hæc aqua *coctione* & reiterata *crystallisatione* tandem ita oleosa reddita fuit, ut in crystallos abire non valeat amplius, *aceto* destillato *præcipitari* potest; Sic impetratur *Materia Perlata*, quæ partim terra nitrata, partim subtilissima, & ab alcali nitri soluta, pars regulina antimonii est, remedium non contemnendum, absorbens, temperans, atque aperiens; convenit in dosi cum antimonio diaphoretico. Antimon. diaphor.

*Simili modo reguli* antimonii omnes, cum *triplo nitri* mixti, & *calcinati*, antimonium diaphoreticum regulinum suppeditant. regulinum.

Si *nitrum antimoniatum* funditur, atque carbonibus *figitur*, sal rubicundum ex eo in *aqua solvitur*, & cum *spiritu vitrioli* *præcipitatur*, tunc acquiritur *sulphur antimonii*. Manifesto argumento, nitrum antimoniatum nitro depurato, uti a multis fit, non posse substitui. Sulphur ex nitro antimoniatum.

De alia sulphuris antimonii diaphoretici productione ex nitro antimoniatum videri meretur Stufferius Cap. II. Spec. III. Laboratorii Chemici Julii.

Sed, missis tandem istis, nunc ad *Antimonii Regulum*, & ex hoc parari solita.

Regulus  
antimonii  
simplex.

℞. antimon. crud.  
tartari crud. aa unc. vj.  
nitri unc. v.

Misce fiat l. a. regulus, vulgo simplex dictus.

Martialis.

℞. Clavicularum equorum lib. j.  
in crucibulo *candefactis successive* injiciantur antimonii optimi libr. ij. optime *fusis* addatur nitri lib. β, cinerum clavell. unc. viij. Igne satis forti *calcinentur*, ut instar *aquæ fluant*; postea in conum fusorium sevo illitum effundantur, latera fusorii malleolo percutiendo, ut regulus fundum petat. Cum refrigeratus fuerit regulus, separandus a scoriis.

Medicinalis.

℞. antimonii crudi unc. xv.  
salis eular. unc. viij.  
tartari unc. iij.  
pulverisata misceantur, & optime *fundantur* in crucibulo; peracta fusione refrigerant, atque scorix a *regulo* separentur, *regulus* friabilis pulverisetur, & *aqua edulcoratus*, usui servetur.

*Vires*: In febribus intermittentibus, scabie, aliisque cutis vitiiis, adhibetur. Dosis a scrup. β. ad scrup. j.

Jovialis,

℞. Reguli antimonii simpl. unc. j.  
fluat in crucibulo, injiciatur stanni anglici unc. β. Demum effundatur massa in fusorium.

Lunaris.

℞. Reguli antimon. simpl. unc. iv.  
argenti cupell raspat. unc. j.  
Misceantur, & fluant in crucibulo, tum effundatur massa in fusorium.

Solaris.

℞. Reguli antim. simpl. unc. iv.  
auri foliati unc. j.  
misceantur, & *successive*, ac moderate, fluant, dein effundatur massa in fusorium.

Eupreus.

℞. Reguli antim. simpl. unc. iv.  
limat cupri unc. ij.  
misceantur, & fluant in crucibulo, adjecta, ad fusionem promovendam, nitri quant. suff. massa liquata infundatur cono fusorio, atque regulus separetur a scoriis. Hic si denuo, cum ad mixto nitro, in crucibulo fundatur, gryseum acquirit colorem.

Quod



Quod si vero ulterius, cum triplo nitri, detonationi & calcinationi subjiciatur, calcem relinquit gryseo cœruleam, edulcorandam & exsiccandam, in affectibus melancholicis, & epilepsia, aliisque ab acido enatis morbis chronicis utilem, quin & ad vermes enecandos proficuum; quæ extrinsecus usurpata puris virulentiam coercet, simulque siccando sarcoticam & epuloticam virtutem præstat.

℞. Antimonii striati ℥ij.  
stanni anglici ℥j.

Antihestim-  
cumPoterii.

F. l. a. fusio, sic acquiritur regulus compositus, electrum dictus. Hic *regulus* in pulverem redactus, ac *triplo nitri*, respectu antimonii prius sumti, proin sex ejusdem libris permixtus, *detonerur*, ac *edulcoretur*, ut antimonium diaphoreticum. In hectica, phthisi, uterinis affectibus, febribus item continuis, & malignis, exhiberi solet.

℞. Reguli antimon. martial. ℥j.  
nitri crudi ℥ij.

Stomachi-  
cumPoterii.

seorsim pulverisatis, & commixtis, fiat *detonatio*, post lenem calcinationem, *edulcoratio* & exsiccatio. *Vires*: stomachum roborat, acidum corrigit, transpirationem promovet, & hæmorrhægiis resistit.

℞. Reguli Antimonii simpl. ℥ij.  
nitri crudi ℥vj.

Cerussa an-  
timonii.

pulverisentoum seorsim, dein miscantorum, *detonentur*, & post lenem calcinationem, *edulcorentur*, & *exsiccentur*. *Vires*: sudoriferum est, & diaphoreticum, vires bezoardici mineralis æmulans. Dosis a gr. iv ad xij.

℞. clavicul. equorum ℥j.

Antimon.  
diaphor-  
martial. f.  
Specificum  
cachectic.  
Ludov.

candescant in crucibulo, & addatur antimonii crudi ℥j. *calcinentur*, semper *agitando*, donec fumare cesset, tum effundatur *massa* in laminam, refrigeretur, & *pulverisate* huic *massæ triplum nitri* addatur, subtilissime pulverisentur, miscantur & *detonentur*, ac paulisper leni igne *calcinentur*, facta postmodum *edulcoratione*,

C 3

pulvis

pulvis luteus exsiccetur & usui fervetur. Ad obstructions referandas, & sanguinem depurandum, in cachexia, ictero, scabie, & consimilibus, valet.

℞. Folior. auri ℥iij.

reguli antimon. simpl. ℥iij.

Aurum dia-  
phoreticum. pulverisentur, & misceantur in crucibulo, *superimposito* altero crucibulo, & *oblutato*; dein *calcinentur* cum *salis decrepitati* unc. iijss, in igne *circulatorio*, tribus vicibus *repetendo*, & semper *edulcorando* & exsiccando, novo sale decrepitato addito; *Ultimato spiritus vini* rectificatus desuper *desagret*, ignis circulatorius non nimis fortis in calcinatione successive crescat vj. horis, ne abeat in regulum. Cordiales & diaphoreticas virtutes nomen impostum indicat.

℞. Reguli antimon. Jovialis libr. ij.

Bezoardi-  
cum Joviale. subtilissime pulverisentur, *postea* addantur demum mercurii sublimati libr. ij. misceantur & *destillentur* instar butyri antimonii; butyrum destillatum *insilletur* in *aquam* pluvialem destillatam, sic ad fundum cadet *pulvis* candidissimus, qui affusa saepius aqua pluvia, ad tollendam omnem acrimoniam, *edulcoretur*; dein

℞. Hujus pulveris ℥ss.

nitri siccatur. ℥ss.

misceantur in crucibulo, per *vices* illum injiciendo, & procedatur uti in antimonio diaphoretico. In obstructionibus hepatis & lienis referandis, sudore movendo, & passionibus hysteris, virtutes patefacit.

Bezoardi-  
cum Lunare.

℞. Reguli antimon. lunar. p. i.

nitri depurat. p. iij.

misceantur, *detonentur*, bene *edulcorentur*, & exsiccentur. In affectibus capitis, & foeminarum eryspelatodeis, commendatur.

℞. mercurii sublimat. libr. j.

antimon. hungar. opt. libr. ss.

Bezoardicum  
folare.

M. ac per retortam ex istis butyrum antimonii destilla.

Ex

Ex hoc butyro paretur l. a. mercurius vitæ, exsicceetur, & cum anatica portione tartari atque nitri vertatur in regulum. Hujus reguli ℥j. aurifoliat. ℥j. fluant in crucibulo; refrigerata, & pulverisata, cum tripla nitri quantitate detonentur, edulcorentur, & exsiccentur. *Vires* sunt cordiales, & alexipharmaca, in arthritide, podagra, scorbuto, lue venerea, salutare.

℞. Scoriarum reguli antimon. martialis, edulcoratarum, & Crocus martis antimoniatuſ aperitivuſ, exsiccatarum, part. unam, miſce cum tribus partibus nitri, immitte in crucibulum ſucceſſive, *fluat* igne forti, & quando mixtura fuſca ebulliens aſurgit, *effunde* illam in *laminam*, poſteaſque in *aquam tepidam* immitte; Ita *ſalia* diſſolvunt, atque ſolvuntur, *calx* autem in ſubtiliſſimum pulverem tranſmutatur.

*Remedium* eſt egregie aperitivum, præſertim in obſtinationibus glandularum melaſaraicarum infantum, febrifugum, & in omnibus morbis, acutis & chronicis, ſalia maligna corroſiva abſorbet, & per alvum educit. Doſis a ſcrupul. ſſ. ad gr XV. vel ſcrup. j.

℞. Limatur. martis libr. j.  
antimon. crud. libr. ij.  
ſal. alcal. libr. ſſ.

Tinctura  
antimonii  
acris.

M. F. l. a. regulus.  
℞. hunc regulum; add.  
nitri ℥j. purificetur in crucibulo.  
℞. regul. hujus antimon: depurat.  
nitri crudi aa. p. æ.

*detonetur*, & per horam *calcinetur*, eximatur materia, *pulverisetur*, & adhuc calidæ *ſuperfundatur ſpiritus vini* redificatiſſimus, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, & per decentem *diſgeſtionem* extrahatur tinctura. Eſt medicamentum aperitivum & mundificans. At vix per ſe dari poteſt, ſed aliis eſſentiis admixceri, aut dilutum vehiculis aquoſis propinari debet.

Ex hiſce ſcoriis prioribus ſuum Crocum martis aperitivum, ex poſterioribus autem ſuccineis Tinctur. Antimon. acrem ſuam, parare ſolitus fuit B. *Stabliuſ*.

℞. anti-

Tinctura  
antimon.  
anifata.

℞. antimon. crud. ℥j.  
tartari crud.  
nitri aa ℥ix.  
limat : martis ℥℥.

pulverif. & mixt. successive ingerantur in crucibul, & calcinentur per dimid. horam, dein effundatur massa, pulverif. irroretur  
Olei Anisi ℥j.

tandem affundantur *spiritus vini* rectificatissimi ℥ij & extrahatur l. a.  
*Tinctura.* In obstructionibus, tam a viscoso lentore, quam a flatibus ortis, subvenit visceribus internis, discutiendo, resolvendo blandissime.

Tinctura  
antim. c.  
liquore  
nitri fixi,

℞. Liquor. nitri fixi  
mineræ antimon. aa ℥j.

*digerantur* invicem, sæpius *agitando*; liquor tinctus *decantetur*, huicque decantato affundatur

*Spiritus vini tartarifat* ℥j.

qui subito inde tincturam attrahet; Liquor, ulterius tingi renuens, *abstrahatur* ad dimidium, ut magis concentretur, & servetur usui. Diaphoreticum est insigne, hinc in inflammationibus, & consimilibus affectibus, optimo successu adhibetur.

Tinctura  
antimonii  
tartarifata.

℞. antimonii crud. ℥℥.  
salis tartar. ℥j.

pulverifata, & mixta, *fluant* in crucibulo, valido igne, per horam unam, dein massæ huic, adhuc calidæ, affundatur *spiritus vini* alcoholifatus, ad trium digitorum eminentiam, stent per dies aliquot in arena, dein filtretur, & servetur usui tinctura. In massa sanguinea depuranda insignis est efficaciz, hinc quoque hypochondriacis, cachecticis, ictericis & scabiosis, salutaris est.

Tinctura  
antim. rha-  
barbarina.

℞. Tinct. Antimon. Tartar. part. iij.  
Animæ Rhabarbar. part. j.

Misc. diger. & habebis remedium renovativum, & aperitivum, non contemnendum.

℞. Reguli

℞. Reguli antimonii martial. ℥ij.  
 stanni anglici  
 cupri aa. ℥j.

liquefiant in crucibulo forti igne satis valido, tum effundantur in  
 conum fusorium, ac in pulverem redigantur. Tum

Tinctura me-  
 tallorum.

℞. hujus pulveris ℥ij.  
 nitri depurati ℥xxiv.

commisceantur exacte, & paulatim injiciantur in crucibulum satis  
 capax, probe candens, quo facto crucibulum tege, & ignem auge,  
 ut fluant instar aquæ, quo diutius, eo melius, donec tota massa in  
 scorias sit redacta e coeruleo viridescentes: tunc in conum effusa,  
 quam primum induruerit, in mortario ferreo calefacto, in pulve-  
 rem redigatur, & vitro commodo, dum adhuc calet pulvis indatur,  
*Spiritus juniperi* optime rectificati libr. ij. aut iij. affundantur, ac *di-*  
*gerantur*, donec tinctura sit extracta, pulcherrime rubens salibus  
 metallorum imprægnata.

In obstructionibus viscerum internorum referendis, depu-  
 rando sanguine, vermibus quoque necandis & pellendis, *vires*  
*exercet* suas.

Ex tincturarum antimonii residuo parari etiam potest *Sulphur*  
*antimonii auratum*; coquitur enim massa residua aqua calida, lixi-  
 vium filtratur, & aceto destillato præcipitatur. Notandum vero, antimonii  
 quod sulphur in prima præcipitatione impetratum, sit crudum, ac  
 obscurum; Illud vero, quod in secunda, tertia, & subsequenteribus  
 præcipitationibus acquiritur, magis subtile & exaltatum. Si una  
 vel altera pars hujus lixivii filtrati cum spiritu salis ammoniaci (cum  
 sale tartari parati) præcipitatur, impetratur *sulphur auratum* anti-  
 monii *epilepticum*.

Ad hoc antimonii sulphur omnino pertinet, proinde subjun-  
 gi eidem utique meretur Processus, qui, Regis Christianissimi jussu  
 publicatus, per totam Galliam innotuit, ad normam descripti quon-  
 dam a Glaubero sulphuris antimonii instructus, sed novis, ac ad-  
 modum speciosis, Poudre de Chartreux, Aurisque mineral, Ker-  
 mes mineral, nominibus superbiens, cujus parandi modus, retentis  
 ipsissimis gallicæ schedæ verbis, sequens est:

“ Il faut prendre du salpêtre, ou Nitre de deux eaux, l'écraser,  
 puis

D

Kermes Mi-  
 neral.

puis le mettre dans un creuset d'Allemagne, mettre le creuset dans un fourneau, ayant eu soin de mettre dessous un tuilleau, l'on entourera le creuset de charbon allumé; Le Salpêtre fondu, on jettera par projection du charbon grossièrement pulvérisé, jusqu'à parfaite saturation; On jettera la matiere fondue dans un cône ou mortier, bien net, puis refroidie, dans un vaisseau de verre on l'exposera à l'air, jusqu'à ce qu'elle soit en eau; on filtrera la liqueur par un papier gris.

Prenez quatre livres de bon Antimoine d'Hongrie, cassé par petits morceaux, & dont vous aurez séparé la poudre fine par un tamis de crin, mettez le dans une caffetiere, qui tienne quatre pintes & plus, versez dessus une livre de liqueur de nitre fixe, decrite cy dessus, & quatre pintes d'eau de pluye, faites boüillir le tout pendant deux heures, à feu & boüillon égaux, après quoy on retirera la Caffetiere du feu, & on filtrera les deux tiers de la liqueur encore boüillante, par une entonnoir garni de papier gris.

On remplira de nouveau la caffetiere d'eau de pluye bouillante, on y ajoutera douze onces de la liqueur de nitre fixe, ce que l'on fera boüillir pendant deux heures avec égalité de feu & boüillon, comme auparavant, puis la Caffetiere retirée du feu, on filtrera de nouveau les deux tiers de la liqueur, comme cy devant. Ensuite l'on remplira pour la troisième fois la caffetiere d'eau de pluye boüillante, & on y ajoutera huit onces de la liqueur de nitre fixe; on fera boüillir le tout encore deux heures, & la Caffetiere retirée du feu, on filtrera toute la liqueur boüillante. On versera ces trois decoctions, dans une grande terrine de grés, on les laissera XXIV. heures sans les remuer, & après ce temps on versera par inclination la liqueur qui surnagera une poudre rouge, que l'on trouvera au fond de la terrine, laquelle poudre sera mise sur un Entonnoir garni de papier gris, pour s'y égouter, après quoy on versera dessus de l'eau pendant qu'elle sera encore sur l'entonnoir, jusqu'à ce que les gouttes d'eau qui tombent à travers le filtre n'ayent plus aucune salure.

On laissera deslecher cette poudre à l'air; quand elle sera seche, on la détachera exactement du papier, pour estre mise ensuite  
dans

dans une petite écuelle de terre vernissée, & on versera dessus environ quatre onces de bonne eau de vie, que l'on enflammera; on desséchera ensuite la poudre, en la remuant avec une petite spatule de bois; on y rebruffera de nouveau de l'eau de vie en même quantité, & on desséchera la poudre comme auparavant, & cela à deux reprises. ,,

Si poculum emeticum ex antimonio paratum desideres, <sup>Poculum emeticum perpetuum.</sup> pri-  
mum confic. l. a. *regulam* ex antimonii crud. ℥j. cinerum  
clavellat: & tartari aa ℥v. dein ℞. Reguli hujus unc. v. stanni an-  
glici libr. j. liquefiat prius stannum, postea regulus pulverisatus  
injiciatur, relinquantur simul per quadrantem horæ in igne, donec  
exacte unita sint, tunc effundatur in poculi cujusdam formam,  
quod emeticum vocatur perpetuum, siquidem vinum hispanicum,  
vel gallicum, vel neccarinum, per noctem ipsi infusum, dimissis  
moleculis minimis subtilissimis toties imprægnat, ut sequenti  
die efficaciter vomitum cieat epotum.

Alias quibusdam usualis est *calix chymicus purgans Rulandi*,  
sequenti modo præparandus: Nimirum fiat ex ligno e. g. Juniperi <sup>Scyphus Emeticus alius.</sup>  
*poculum*, ad capacitatem libr j. quod intus pice liquida obducatur, cuj  
liquefactæ *vitri antimonii* subtilissime pulverisati ℥ss. vel plus,  
sit inmixtum; pix igitur, vitro antimonii exacte mixta, in pocu-  
lum, turno elaboratum, infundatur, & per totam interiorem ca-  
vitatem æqualiter distribuatur: Tale poculum vinum, vel aquam  
mulsam, per noctem emetica virtute imprægnat.

Paratur vero vitrum antimonii seq. in modum:

℞. Antimonii striati splend. opt. pulv. q. p.  
indatur patellæ terreæ, non vitreæ, ponaturque super carbones <sup>Vitrum anti-  
monii Hyacinthinum.</sup>  
accensos, *agiteturque perpetuo* rudicula, aut fistula tabaci, *ne adhe-  
rescat* fundo, sed multum fumi & sulphuris emittat, dando ope-  
ram, ne ignis sit justo vel fortior, vel *remissor*: primo enim mo-  
do *fluet* antimonium, & in globulos statim abibit; altero modo *non  
fumabit*, & sic non *calciniabitur*. Quod nihilominus concrefcere & so-  
lidescere incipiet, eximatur, & in mortario contusum priori addatur,  
atque calcinatione pergatur, donec tandem antimonium redigatur  
in

in *pulverem incanum*, qui carboni vivo impositus fumum non emittat amplius. Hæc *calx* recipiatur, & in crucibulum ignitum ingeratur, hoc autem tegatur latere, ne carbones incidant, relinquaturque ibi per horam dimidiam, ut aquæ instar *fluat*; tum effundatur super laminam cupream politam, prius modice calefactam, ut possit fluere in lamellas, & habebitur, si calx antimonii rite præparata fuerit, *vitrum antimonii pellucidum rubri coloris*, ideo Hyacinthinum dictum. Inservit diversis præparationibus, ut *Oxy-saccharo vomitivo*, *Tartaro Emetico Wedelii*. Movet *vomitum* & *secessum*. Dosis in substantia gr. iij. in conserva rosarum.

Ex hoc vitro parantur Emetica varia. E. g.

℞. Vitri antimon. subtiliss. pulv. ℥j.  
Cinnamom. acut.

santal rubr. semin. angelic. aa. ℥ij.

aceti rosati, vinj albi generos. aa. ℥viii.

infunde per horas XXIV. postea cola & filtra. deinde

℞. Sacchari libr. ij. c. p. aq. rosarum solv. & ad consist. tabul. coq. cumque prædicto liquore misceatur.

℞. Vitri antimonii subtil. pulv. ℥j.  
musti recentis ℥ij.

misce, & *digere* per nycthemerum, tunc *filtra* per pannum duplicatum. Colaturam *evapora* ad tertiæ partis remanentiam, sic relinquetur consistentia syrupi, qui vulgo *sapa* dicitur. Vel potest etiam amplius inspissari, ad consistentiam pilularum, & tunc possunt dici *pilula vomitiva*. *Vires*: purgat per vomitum & secessum; dosis *sapæ* ℥ij. pilul. vero una, ad pisi magnitudinem.

Syrupus emeticus Angeli Salæ.

Sapa vomitoria.

Pilulæ Emeticæ.

Rosâ minera-lis.

℞. Butyri antimonii limpidi

seq. mod. parati.

℞. regul. antimon. mart. ℥ij.

spiritus salis ℥ij.

*digerantur* simul, dein *destillentur*, destillatum *rectificetur* per se, dein aëri sereno exponatur, si in forma butyri sit, donec instar olei fluidum *cyadat*. Hoc *oleum* superfunde *lapidis hamatilis* præparati



parati subquaduplo, *digerantur*, quo diutius eo melius, addendo post horam dimidiam, vel horam unam, *spiritus carminativi* cujuscunque optime rectific. subduplum; dein digestionē finita *precipitentur* in suff. quant. *aque* pluvialis destillatæ, & *edulcorentur*. Edulcorato vel exsiccato *pulveri spiritum* carminativum eundem rectificat. ad eminentiam digiti unius, affunde, *digere* per horas vj. qui dein *accendatur*, & *pulvis siccus* ad usum servetur.

*Vires*: vomitum ciet, & secessum. Dosis a gr. iij. ad viij.

Possent adhuc præparaciones aliæ, & plura notatu digna circa antimonium, e. gr. *Lilium Paracelsi*, *Panacea Supburis Antimonii* &c. addi. Sed non minus possunt etiam hæc pro conflictu litterario sufficere. Proin hic subsisto, &

Numini Supremo pro viribus concessis gratias  
decentes persolvo.

## SOLI DEO GLORIA!

**S**I fidibus canere, aut citharam pulsare, imo forsan  
Sorbillare, Ægris præciperet Medicus,  
Utique gratus eis esset quam maxime. De TE  
Vero longe aliter dico, imo vaticinor:  
Ægrotis aliquando Tuis GEIGERE placebis,  
Si jucunde ipsos non minus, atque cito,  
Sed simul & tuto, curaveris. Hoc erit Ipsis  
Supra omnes fidium vel citharæ choreas.

Clarissimo Dn. Candidato Respondenti  
c. voto prosperitatis  
omnigenæ

P.

PRÆSES.

**H**aud facies fucum *Stribio* GEIGERE puellis ;  
 Hinc tamen agrotis pharmaca grata dabis.  
 Ominor : hinc cedit feliciter aurea praxis ;  
 Namque etiam hac aurum redditur arte suum.

Nobilissimo Domino Licentiate  
 DAVIDI GEIGERO,  
 Commensali suo Dilectissimo,  
 de celebri Stylange auri publica cum laude  
 differenti,  
 novos in Arte Saluifera honores ex animo  
 gratulatur

JOHANNES CUNRADUS CREILINGIUS,  
 Physic. Experiment. & Mathem. Prof.  
 Ordin. h. t. C. Acad. Rector.

**W**as ehmals Hercules nach vielen Helden • Thaten  
 Worvon das Alterthum noch manches Merckmahl  
 weißt

Zu den Hesperiden zuletzt auch gerathen  
 (Die uns die edle Hand der alten Dichter preißt  
 So mußte er zuvor den Drachen erst ermorden/  
 Eh' zur Belohnung ihm die Guldne Apffel worden.

Mit diesem läßet sich auch Teck Athem vergleichen /  
 Da an des Drachen Statt / die Klugheit Wache hält /  
 Hier kan kein träges Herz die guldne Frucht erreichen /  
 Das nicht wie Hercules das Kaster erst gefällt /  
 Und wie Herr GEIGER sich ohn unterlaß beflissen /  
 Zuletzt noch die Frucht der Tugend zu genießen.

Da nun Herr GEIGER die diß jeko wird gewähret /  
 So zieh becrönt beglückt und Seegens voll dahin !  
 Und gönne daß man nur ein einiges begehret :  
 Laß doch die alte Freund so gleich nicht aus dem Sinn

Denck

Denck auch noch dann und wann in etwa müß'gen Stunden  
Der Compagnie die dir beständig bleibt verbunden.

Mit diesem gratuliret gehorsamst dem Herrn  
LICENTIATEN und recommendiret sich/  
nebst anwünschung alles und erreichten Wohl-  
ergehens / zu geneigtem Andencken, Die bey  
Ihro Magnificenz Herren Professor Crei-  
ling dermahlen sich befindliche  
Tisch = COMPAGNIE.

**P**Ræmia pro meritis, lætus dum carpis, Amice!  
Gratulor ex Animo, nam tua Messis adest.

Ita meritis Præ - Clarissimi Domini Candidat:  
Amici sui æstumatissimi, applaudere, Ei-  
demque quævis prospera ex sincero affectu  
apprecari voluit

CHRIST. LUD. MOEGLING.  
Med. Cand. Oppon.

**A**um einem wird das Glück so guten Einfluß geben /  
Daß seine Dienste seynd bey jedermann beliebt;  
Der Krancke pfeget nur die Aerzte zu erheben/  
Die ein Gesunder flieht / dagegen **GEIZEN** liebt.  
Wer zweiffelt demnach wohl / an künfftig Wohlergehen;  
Weil Ihre Wissenschaft die Welt wird deutlich sehen.

Honoris amicitiaque monumentum Nobis  
lissimo Dno Auctori adjecit Opponens  
ERNESTUS CONRADUS BROTHECK,  
Med. Cand. Opp.

**L**itera materia princeps est prima Pelasgi,  
Ultima Græcorum terminus estque Tur. \*  
Hæc ego cum videam, cum mens mea ponderet ista  
Omen & augurium Musa subesse putat.

Absque

Absque DEO conaris opus pertexere frustra:

Nam perit absque DEO coeptus ubique labor.

Si cupis optatam metam sperare laborum:

Omnibus in studiis Numen adesse decet.

Precipit hæc Medici laudanda inscriptio, docta \*\*

Dum cupit infirmos arte levare sua.

Cumque metallorum lupo hæc medicina vocetur:

Corpora ne laceret morbida, rite cave.

Pastor oves pascet medicamine, proteget istas:

Ut nequeant tristis mortis adire viam.

Gratulor ergo Tibi, Doctissime, fausta precatus

Omnia perlætus; gratulor ergo Patri.

\* A & Ω conspicitur in selecto Themate quod exhibet inscriptio de *Antimonio*.

\*\* Σὺν Θεῷ

Exiguo hoc Carmine suum testari applausum  
ex animo voluit, debuit

JOHANNES CUNRADUS GMELIN,  
Pharmacopœus.

**S**ic juvat impendisse horas studiumque probare!

Sic juvat & libris usque vacare suis!

Sic juvat & medicas didicisse fideliter artes!

Si studium tantum præmia digna probant.

Hinc tibi magnifici delatum munus honoris,

Atque coronabit splendida mitra caput.

Pulcer honor, qua sponsa suo devincta marito,

Laudatum studium, præmia lauta, manent.

Quam bene, quam pulcre, tunc stabit docta voluptas,

Plaudimus optantes, ut bene cuncta fluant.

Hæcæ pauca Nobilissimo Præstantissimo que  
Domino Licentiato Patrono & fautori suo  
calendissimo in ulteriorem commendationem  
adponere voluit debuit.

JOH. MICHAEL SALZER,  
Med. Stud. Bretta Palatinus.





01 A 6512 (A)

ULB Halle  
002 937 31X

3



2

TA → 20L


nur Stck 10 bisher verknüpft  
und Stück 39

R

VD 17







20 19

Q. D. B. V.  
*DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA*  
DE

# ANTIMONIO

QUAM  
AD SISTENTE DIVINA GRATIA  
CONSENSU FACULTATIS GRATIOSÆ

PRÆSIDE  
DN. ALEXANDRO  
CAMERARIO

MED. DOCT. THEORIÆ ATQUE PRAXEOS  
PROF. PUBL. ORD.

FACULTATIS SUÆ H. T. DECANO

DOMINO PROMOTORE PRÆCEPTORE ATQUE PATRONO  
PIE COLENDO

## PRO LICENTIA

CAPESSENDI LEGITIME HONORES IN MEDICINA  
SUPREMOS DOCTORALES

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
AUCTOR

DAVIDES GEIGER, ALTHEM. ULMENSIS

AD D. XXVI. SEPTEMBR. H. LQVE C.  
ANN. MDCCXXXV.

---

TUBINGÆ  
LITTERIS ROEBELIANIS